Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26021
Copyright: Admont, Benediktinerstift

74

belli arbitrio reseruauisse. Licet protelare bellum tenere hostem [...] rapere uictoriam. Diu ad
uniuersa uenimus. ne non tam fugatos aduersarios communi robore quam protectos nos uirtute
sua iactent qui uenerunt. Quo ergo ore in conspectum patris ueniemus, si incepto bellum timuerimus.
Quo pudore degener filius subibo oculos tanti uiri, qui nesciat militem suum non uictorem uidere.
Quomodo eius me filium probabo, cum ille semper triumphator, ego in meo quidem congressu est uictus iudicio, quia hosti
iudeo cesserim. Quid uobis fiet condempnato duce, quibus uobis pater securus commiserat. Sed malo de
uirtute uos ducis, quam de ignauia causas dicere. Proruam ergo in aduersarios, primus hostem primus
in proelium occurram. Uos sequimini, ut depositum patris custodiatis, et commissum patris reseruetis.
Ego enim non periculi socios exigo, sed consortes uictorie. Uos tamen cauete, ne oblatam uobis amplam triumphi
gloriam alius reseruasse uideamini, uobis eripuisse. Certe si secus cesserit malo me filium pater
in uulneribus meis recognoscat, si in multitudinibus suis non recognouerit. Ponam tamen offendi patrem
plus aggressione. Quid ergo tolerabilius? Praeripuisse uictoriam an deseruisse? In praeripiendo prepara-
tio fortitudinis est, in defendendo culpa ignauie. Condempnet etiam uictores pater, reatum
huiusmodi non reformido. Malo reus esse triumphante re publica, quam lesa innocens. Utinam
Manlii Torquati filium, et in solo mihi liceat imitari periculo, quem securi iussit pater feriri, quod
contra imperium patris exercitum in hostem produxerit. Strauit hostibus cesis adolescens laureis co-
amictus. ronatus triumphalibus sub carnifice morte secutus, quem beatissimum putabat in uictoria
mori. Quid enim illustrius quam uitam triumpho claudere, nec ad incerta rerum reseruari post
certam uictoriam. Non expetendum tamen prudentibus uictoriae. Utinam et nobis hoc obueniat, quod uicimus.
Certe illo exemplo solus ego periclitabor, uos triumphabitis. Et tamen non prohibuit pater nos
pugnare, sed iussit, qui sic ad pugnam duxerit. Uos non magis indignatum arbitror ces-
sisse nos iudeis, cum possimus uincere, quam pugnauisse. Hec dicens primus equum in hostem
egit, et clamore magno secuti ceteri toto campo extendebantur, quo se plures estimarentur.
Traianus quoque cum ccc. equitibus missus a Uespasiano iam proueniente Tito superuenit. Nec diutius potu-
erunt resistere iudei, cum uirorum ictus et fremitu equorum conturbarentur. Conuersi itaque diuersa alii,
plerique urbem petebant. Emicat Titus et alios atque opprimit fugientes, alios cedit palantes,
uniuersos prouiso tunc a muris repellit, ut obuiis recurrentibus fugam intercluderet. Rursus
tamen diu alii sternuntur, elapsi alii quibus urbs refugio erat. Sed illic quoque acerbius plurimum. Nam qui de locis
finitimis affluxerant a principio pacem proferebant, sed populus superueniens inuitus bellandi
studia extorserat. Inde intra urbem dissensio et tumultus congruus, qui strepitu excitus.